judicat,

non ponderatum relinquit. Quin etiam unicuique qui fefellit, fallaciam et facilitatem ejus, qui deceptus est, demensus poenam decernit: Quocirca studendum est, ut ne minima quidem fallacia capiamur: siquidem minima fallacia, instar scintillae, nacta materiam, assensionem animae incendium magnae flammae efficit: multi enim principio ex parvo errore cepto, in pelagus erroris delapsi et effusi sunt. Idcirco curandum est, ut ne minimo quidem errore labi contingat, pulcherrimo animae propugnaculo aedificato, ne majore capiamur. Qui enim in parvis labitur errore, labetur aliquando in majoribus: et qui non est seductus a parvis, erit ita contra majora munitus, et tutus, ut seduci non possit.

Quia igitur si

multi lupi, pelles ovium
induti, gregem invaderent,
non sileret pastor,

sed

gladium vibraret, ut in tuto gregem collocaret, nudans et patefaciens conatum ferarum: Ecce multi sunt qui exierunt, et hic atque illic errant, pro pellibus ovium nomen Christi induti, qui se quidem dicunt,

quod